

communione per veniam admitti rogant. Julius ex consilio veniam, quam orabant, imperit, ut cum lucro Catholicae Ecclesiae vites quoque detraheret Arianis, cum eos, qui unitatem ante turbaverunt, consiliis hujus, et audacia penitentes in communionem Catholicam per veniam reconciliatae pacis admitteret. Et quia non est nisi de veritate confessio, nisi de vitio poenitentia, nisi venia de admisso, Valens et Ursacius admittendi, ut orabant, in communionem, de Athanasii innocentia, de iudicii falsitate, de Arianae hereseis pinculo talibus literis ante profitentur.

Sequitur libellus, quem suapte manu Valens perscripsit, & Ursacius subscripserat, Julio Papae oblatum.

PERGIT HILARIUS.

Hac Epistula post biennium missa est, quam haeresis Photini à Romanis damnata est.

Sequitur libellus alter Valentis & Ursacii post aliquantum temporis à superiore, ad Athanasium, & Episcopos missus.

HILARIUS.

Superioribus igitur literis datae venia indulgetur orantibus, reditus ad Catholicam fidem cum communionem donatur: maxime cum Sardicensis Synodi veritatem ipse orantium veniam litera contineret. Verum inter hac Sirmium conveniunt. Photinus haereticus comprehensus, olim reus pronuntiatum, et à communionem jam pridem veritatis abscissus, nec tum quidem per factionem populi potuit admoveri. Sed idem Athanasius Marcellem, qui post recitationem libri, quem scriptum ediderat (nam hunc quoque nos habemus) sententia Synodi Sardicensis Episcopatus erat redditus, ubi quadam alia nova miscere sensit, et ambiguis praedicationibus ejus, in quam Photinus erupit, doctrinae viam quaerere,

Cor. amoveri vel ab-moveri.

damnati erant; oblatto libello in Mediolanensi Catholicorum Synodo deinde Romae, Julio Papae. quod ex ipsorum Epistola prior ad Julium data, & Athanasii Apologia secunda colligitur.

Hac Epistula.] Falso haec Hilarii verba refertur ad tempus illud, quod postremam Sirmiensem Synodum, in qua depositus est Photinus, excepit, factum sit ea anno octid. facta est. Nam neque à Romanis in ista damnatus est, sed ab Orientalibus, & haereticis: neque post eandem Ursacius ac Valens respicisse, ac libellos istos dedisse leguntur. Adde Julium Papam, cui prior libellus porrectus est, anno octid. dececidit. Biennio ergo post Mediolanensem praefatum, uti primo capite interpretati sumus, ad Ecclesiam reditum impetrarunt.

Verum inter hac.] Redit ad inchoatam paulò ante narrationem de Sirmienensi Synodo ad tollendum ex Episcopatu Photinum; quam interposita Valentis & Ursacii historia nonnihil abruperat. In ea Synodo prior Sirmienensis damnatus est Photinus; sed Episcopatu pelluntur potuit, quòd propter eruditionem, & facundiam, qua in utraque lingua pollebat, vulgo esset acceptus. hoc est quod ait, per factionem populi amoveri non potuisse.

Sed idem Athanasius.] Huius historiae suffragatur Severus Sulpicius libro 11. Sed mirum videtur, Athanasium nihil in libris suis eiusmodi de Marcello significare. Nam cum potius ubique sublevar, & ab Ariano immerito, ac per calumniam accusatum esse contendit; ut in Apolog. 1. & in Epist. ad Solit. Verum in Oratione quam Ath. edit. dum hominem esse dixerit, ac servum, nec adoratione dignum. Commel. Sed oratio ista, meo quidem iudicio, Athanasii non est. Nam & filius ipse ab Athanasiano diversus est, ac multò elegantior. tum aperte hypostasem in Trinitate tres agnoscit, quibus quartam à Marcello, & Samosateno adjectam queritur hominis Christi. Atqui factus unicam in divinitate hypostasem tueretur Athanasius. Postremo, quod ad rem magnopere facit, Athanasii Epistola ad Solitarios, in qua Marcellum luculenter excusat, eique Catholicae fidei testimonium praebet, multò posterior est eo tempore, quo Marcellem eundem ab Athanasio communionem multatum Hilarius, ac Severus indicant: quippe post Liberii relegationem, lapsùmque scripta est, hoc est post annum octid. qui undecimus fuit à Sardicensi Synodo.

à sua communiione separavit, anteriore tempore quam Photinus arguitur, praeventam iudicio meditationem corruptam voluntatis ostendens, et non ex libri editione condemnans. Sed quia promptum est ex bono malo non habentem, praebuit non illis in Marcellem, quae gesta antea fuerant, sed his, quae in Photinum gerenda erant, auctoritatem. Illud autem esse cognitum cunctis oportet, nullam unquam adversus Marcellem, praeter eam, quae Sardicenses est dissoluta sententia, deinceps Synodum fuisse contractam, neque huc inde Photino decretum ab Occidentalibus est, et ad Orientales est relatum, aliquod in eum expressum fuisse iudicium. Sed homines mente calidos, ingenio subtiles, malitia pertinaces occasione revolvendi ejus, quod Athanasii absolutione est dissolutum, quaevisse iudicii, et rescribentes de Photino, Marcelli mentionem, veluti institutionum talium magistri addidisse, ut mortuum de Athanasio ipso iam tempore questionem, et veritatis iudicio conspulerent, in publicam recordationem causa novitas excitaret, et subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen inveneret. Exstat autem in superiore epistula corpore, Marcellem ab Ariano occasione libri, quem de subjectione Domini Christi ediderat, unà cum Athanasio fuisse damnatum. Docetur etiam recitatione ejusdem libri innocentem deprehendi: falsitatem quoque iudicii Ariani, exstantis adhuc libri fides arguit. De Photino autem, sicuti mos posebat, ad Orientales epistulae sunt non injuria extorquendi, ut nunc agitur, ad sensum, sed instruenda univerforum scientia consuetudine. Sed cur abnegata Marcello communionis Athanasius reus esse rescribitur? Numquid propter libri vitium Marcellus abstinuit est? Testes ipsi sunt, ex institutis ejus Photinum perorativis istius initia sumptisse. Nam negata sibi ab Athanasio communionem, ingressu sese Ecclesiae Marcellus abstinet, ita communio cum eo in ista fide de subjectione traditione regni docet. Negata rursus provaritate doctrinae alterius ostendit. At sic utrumque viri istius iudicium caret culpa, cum in data communionem, Synodi sit affectus assensum: in abnegata vero, ipso se Marcello abdicant solo, sine ulla Synodi auctoritate.

Epiphanius Haeresi LXXI. n. 19. refert percentanti sibi aliquando de Marcello quid sentiret, Athanasium debè respondisse, ac ne respondisse quidem; sed nuda solo, ac rursus levem de eo suspicionem indicasse, quo sine contentus esse non potuit, si eum aliquando propter haerem communionem sua privasset. Quocirca valde mihi perplexa videtur, credo & prudenti curis, ista Hilarii, & Sulpicii narratio. Quae si vera est, tum illa sane Athanasii in Marcellem animadversio medio tempore Sardicensem inter, & Sirmiensem priorem tempore accidit, hoc est inter annum octid. & octid. In eo verò laborat Hilarius, ut ab Athanasio damnati Marcelli inviam repellat. Etenim quòd unà cum ipso in integrum restitutus erat in Sardicensi Synodo; ac subinde tamquam haereticum ab communione segregaret; Sardicensis auctoritatem vixit esse minus. quemadmodum postea ob tria capitula ab Justiniano & Quinta Synodo damnata, Calchedonenfis Synodus labefacta vixit est, & ejus acta rescindi: quae res Catholicos plerisque contra Constantinopolitanam illam Synodum armavit. Eadem enim generis utraque fuit questio. Sed Hilarius negat eadem de causa damnatum ab Athanasio fuisse Marcellem, ob quam ab Ariano primo depositus, ab Sardicensi deinde restitutus erat. Verum illic de libro quodam ab eo contra Asterium edito controversiam omnem existitisse, quem Ariani deteriorum in partem acceptant; Athanasium vero propter quosdam privatum, ac citra librum illum, ab eo sperat, quae occultum virus redolent, eundem ab communione rejectis.

Neque huc inde Photino.] Sirmienfis prioris Synodi Patres nihil contra Marcellem decreverant, ulla vel levi suspicione perstringerunt. Sed Orientales ipsi acceptis Occidentalium literis, ista quod contra Photinum actum illic erat approbarunt, ut cum Photino etiam Marcello eadem damnatione conjungerent; quo sibi viam munierat ad opprimendum Athanasium, qui in eadem cum illo causa esse videbatur; utpote damnatus cum eo pariter in Constantinopolitana Synodo, & in Sardicensi restitutus.

De Photino autem.] Notetur hic locus. Nam Sirmienfium priorem Synodum aperte & ab Occidentalibus celebratam, & iis Catholicis ostendit.

Hec ad Hilarii verba commentari volumus, ex quibus apparet, consequentem illius esse loci sententiam, neque nullum hunc, & inextricabilem videri; ut quidam existimant.

JACOBI SIRMIONDI SOCIETATIS JESU PRESBYTERI DIATRIBA SECUNDA SIRMITANA.

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI DIATRIBA SECUNDA SIRMITANA.

Examen continens Dissertationis, quam de Photino haeretico ejusque damnatione, vir doctus in lucem nuper dedit.

CAPUT I.

De duplici damnatione Photini, et novis Synodis quas nuper a Dissertatio introducit.

DIversas quinque synodos in quibus damnatus sit Photinus, repertas à se vel notatas dissertationis auctor enumerat. Non speranda nec indigna scitu observatio, si vera est. Sed quis errorem in eo non statim deprehendit, quòd primam Photini damnationem impetrante adhuc Constantino factam putat? Enimverò damari Constantino regnante Photini haeresis qui potuit, si exorta nondum erat? si post Constantini excessum Constantii demum temporibus, ipsius qui loquitur testimonio, nata est? Epiphanius verba sunt, ipso interprete, Photinum contra Constantium imperante infelix doctrina sua Iohannem disseminasse. Sub Constantio igitur emersisse Photinum censuit Epiphanius. Hoc verò amplius Socrates, quòd annum quoque ipsum, si attendimus, propemodum designavit, dum Photini exordia inter utramque synodum Antiochenam definit. Nam cum priorem in Encaniis anno Constantii principis quinto, Christi cccxlii. peractam fuisse constet, exinde post triennium posteriorem, quid verisimilius, quam ut Photini haeresis ex Socratis sententia, vel anno Christi cccxlii. prouidè dicatur cum Baronio, vel cccxliii. cum Sigiono?

Ceterum ut de anno fortasse aliqua sit controversia, de auctore nostro nulla esse potest sed non ante Constantii tempore referens quod ad Constantiana pertinebat; falsoque de Constantinopolitana synodo anni cccxxxvi. conjectarit damnatum in ea cum Marcello fuisse Photinum, quia de Marcello quidem & Socrates & Sozomenus, & qui Synodo interesse potuit, ac post illam mox scripsit, Eusebius Caesariensis, & ceteri consensuerunt: de Photino autem quòd in ea damnatus sit, nemo haecenus somniiavit praeter ipsum. Photinum sane unà cum Marcello synodica sententia perstrictum aliquando fuisse nescii non sumus: sed non ante synodum secundam Antiochenam, à qua damnati ambo reperituntur in formula fidei pluribus verbis expressa, quae ideo manifestè & appellata est. Audiat & de hoc sermo mirretur, qui primam damnationem Photini falsam & frivolam commentus sit, veram & germanam non observavit. Sic enim in ea synodo Ariani Episcopi loquuntur apud Athanasium. *Βθενοσόμεθα η η αναρμαση σοιβη τα: Χερεση μη ειναι μετ αιωνου θελουου. αλλ εκποη Χερεση αυτου μερινην η ην & Θεω, η η η η ημετερον οα η παρεθενε ετακα ανηληθε. πειθη δ ειναι οι λοι Μαριμια η Σηρτινω η Δενορολατιων. Αβομιναμυν πρατερα η ανθηματιταμυσ εος qui Christum non ante saecula fuisse consentiant, sed ex eo tempore cum Christum & filium Dei factum fuisse, ex quo nostram carnem de virgine assump-*

Diffr. p. 189. Hat. 77. Lib. 1. c. 14. Annal. 14. De Occid. Imp. Lib. 1. c. 4. Lib. 23. c. 1. Lib. 1. c. 4. Apol. 1. c. 69.

psi. Tales sumi discipuli Marcelli & Scotini ab Ancyra Galatie. Scotinum pro Photino appellavit synodus, ut est apud Athanasium, an Photinum, ut habet Socrates, nihil moror. Scotinum etiam per ludibrium à Lucifero Caralitano dictum in eo libro constat, cui titulus est *De non pariendo in Deum delinquentibus*. Hoc contendit primum omnium de Photino synodicum iudicium istud esse numerandum quod dixi. antiquius illud certe synodo Sardicensi. quod ex Sulpitii Severi verbis, quae citantur, consequi non negarim. Sed in confusa eo loco & distorta Severi oratione quàm certum est falso tradi Episcopos apud Sardicam Constantini iustis congregatos, qui ab ejus filiis decimo post mortem patris anno congregati sunt, tam minime dubium falli & errare duplici nomine virum doctum, tum quòd absentis Athanasii damnationem, cuius meminit Severus, ad synodum Antiochenam pertinere velit, cum ad Tyriam referenda sit, quia licet absens in utraque damnatus sit, in Tyria tamen sola sub Constantino. tum quòd absentem Athanasio participare cum Marcello & Photino communionis accusationem alieno loco apud Severum commemorari non sentiat. cum exploratum sit, e duobus iudiciis, quae in Athanasium per Ariano facta sunt, in Concilio Tyrio & in Antiocheno, neutri hunc accusationis titulum competere. In Tyrio enim falsis de Ichyra & Arsenio crimibus damnatus est: in Antiocheno crimini datum, quòd pristinam sedem, unde synodali, ut aiebant, iudicio pulsus fuerat, sine Episcoporum auctoritate repetisset. De recepto autem ad communionem Marcello, aliisque Arianorum sententia damnatis, in Sardicensi demum synodo ab Ariano infirmulatus est; quod ex ipsa illorum synodica in Hilarii fragmentis observare est. Quare ad synodum Sardicensis spectabat haec accusatio, & alieno ut dixi loco apud Severum prolata est. Falsum igitur in prima sua Photini damnatione, multisque modis hallucinatum auctorem dissertationis haecenus ostendimus. nunc ad reliquas pergamus.

Post hac in Sardicensi Concilio iterum fuisse damnatum auctore asserit Epiphanius, qui Photinum narrat *πρωτη η εν τη Σαρδικη θρησκωτικη συνωδη καταρηθθη. in Sardicensi Occidentali synodo deponitum*. Ac ne ambiguum foret, quia secedentibus apud Sardicam Ariano synodus bifariam divisa est, ab una parte damnatum intelligeremus, à Catholicis damnatum affirmat, & hoc addit ipse de suo. Itaque verò ut damnatum à Catholicis eo iudicio Photinum credamus, in quo an Catholicorum qui quam sederit incertum; haereticus omnium consensu praesuit. & primas partes egit Semiarianorum princeps Basilius Ancyranus? Credet hoc affirmanti qui volet, nobis non persuadebit. Porro cum damnati Episcopatusque dejecti Photini nulla in Sardicensibus actis sit mentio, & quae de Photini excommunicatione, deque Basilii cum Photino disputatione, ab Epiphaniotamquam

Lib. 2. c. 15. Pag. 164.

Diffr. p. 189.

Lib. 2. p. 16.

Diffr. p. 189.

Sardice gesta memorentur, eadem omnia Sirmiensem ad synodum pertinere Scriptores alii fidem faciunt, parum perspicacem videri oportet eum, qui Epiphanium, quod alii pridem monuerunt, memoria lapsus hoc loco synodo Sardiceni tribuere, quod Sirmiensi congruebat, cassamque & inanem auctoris observationem jacere non videat.

Differt.
P. 541. c. Tertia, inquit, Photini condemnatio in Concilio facta est Mediolanensi. non in illo pervulgato anni cccly. de quo nos Hilarii fragmenta interpretabamur: sed in altero quod statim post Sardicense ab Episcopis Catholicis eodem ipso anno celebratum vult persuadere. De Hilarii verbis utri faveant postea videbimus. nunc mirificam istam ejus synodum contemblemur. Mediolani aut Episcopos qui Sardica nuper fuerant, quos enim alios dicere habeat? iterum congregatos. quis hoc indulgeat, duas uno anno synodos tam distinctis in locis, & tam diversarum provinciarum Episcopis imperatas? Non omnes, inquit, ad Mediolanensem acciti sunt, sed soli Catholici. Quorum hi precipue? ut Photinum condemnarent. Atqui Sardica a Catholicis, si ei credimus, proxime fuerat condemnatus. Quid igitur opus fuit eosdem iterum Mediolani, ut actum agerent, nova synodo fatigari? Tam immemor est sui, ut quid paulo ante scripserit non recorderet? tam securus nostri, ut oblivisci nos posse confidat?

Differt.
P. 542. c. In hac præterea synodo Arianae sectæ quatuor Episcopos, Demophilum, Macedonium, Eudoxium, & Martyrium interfuisse docet, Arique perfidiam damnare noluisse. Quis hoc rursus credi ab eo potuisse non miretur? Quæro enim aliumne censet hunc esse Demophilum, alium Macedonium, & alium Eudoxium, quam quorum subscriptiones in Sardiceni Ariarorum synodica leguntur, Demophili à Berœs, Macedonii à Mopuestia, Eudoxii à Germanicia? Quod si hos ipsos esse non negabit, edicat si potest, undenam tanta istorum tam repentina mutatio, ut qui proxime apud Sardicam, ne cum Catholicis coirent, secessionem fuga fecerant, iidem nunc eosdem, ut eorum Concilio intersint, Mediolanum usque confectentur? Si edicere non potest, incredibilia & falsa hæc esse confiteatur.

Habet tamen unde vera esse confirmet, Liberii Papæ ad Constantium Epistolam, in qua narrat octavo ante anno quam scriberet, hoc est, ut ipse ratiocinatur, anno ipso synodi Sardicensis, Episcopos istos cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluisse damnare, de Concilio iratis animis exiisse. De hac ergo nos epistola quid statuemus? Errare hic etiam illum, & falso niti principio, qui scriptam ponat ante cccly. cum anno superiore scriptam non vanis argumentis evicerit Baronius. tum cum indicta synodus nondum erat, cujus impetranda gratiâ legati cum Epistola mittebantur, & cum in Galliis adhuc agerent Constantius, quem inde postea in Italiam sub exitum anni cccly. ad Hilberna descendisse auctor est Ammianus Marcellinus. Proinde hanc verum & legitimum esse annum epistolæ Liberianæ. Ab hoc ergo annis octo quos numerat Liberius si regrediari, conventus occurret Mediolanensis, non quo anno statuebat dissertatio, sed anteriore cccly. ac tum plana & liquida fluent omnia. Nam & Eudoxium collegæque Episcopos, qui ab Orientalibus legati, ut Socrates & Sozomenus scribunt, Mediolani tunc adfuisse nihil erit absurdum. Et cum Athanasium eodem quoque anno Mediolanum Roma Constantis Principis accitu venisse, atque inde in Gallias profectum Sardicam ad synodum unâ cum Hosio contendisse, Athanasii ipsius ad Constantium apologia demonstrat, liquet profectio Mediolanensem istum qui quæsi Episcoporum conventum, de quo scribit Liberius, Sardicenti contra quam amico nostro visum est non successisse, sed antecessisse. Quare nihil illi ad suam istud Concilium Liberii epistola suffragata est.

Videamus an opis plus adferet altera synodi Arimienensis, quæ Ursacium & Valentem in Concilio Mediolanensi ad communionem receptos testari videtur. Quamquam enim non in Concilio, sed sub tempore Concilii receptos emendatiora habeant exemplaria, Athanasii tunc adfuisse nihil erit absurdum. Et cum Athanasium eodem quoque anno Mediolanum Roma Constantis Principis accitu venisse, atque inde in Gallias profectum Sardicam ad synodum unâ cum Hosio contendisse, Athanasii ipsius ad Constantium apologia demonstrat, liquet profectio Mediolanensem istum qui quæsi Episcoporum conventum, de quo scribit Liberius, Sardicenti contra quam amico nostro visum est non successisse, sed antecessisse. Quare nihil illi ad suam istud Concilium Liberii epistola suffragata est.

Athan. de syn. p. 676.

tunt, tamen nec synodum ibi tunc fuisse, nec ad pacem se receptos significant. quia tamen in Concilio receptos ipse, atque suum hoc Concilium Mediolanense id esse, omnibus nervis contendit; hæc enim verò quod de aliis quatuor Episcopis antea quærebamus, percontari denno libet, quam verisimile arbitretur duos istos Ariarorum principes & antesignanos, qui pro facinoribus suis à synodo Sardicenti dejecti proxime fuerant, & communionem privati, ad frugem tam subito conversos advolasse Mediolanum, ibique communionem sine mora recepisse.

Sed receptos prorsus non fuisse, fallique qui aliter sentiant, manifestum est. Etenim si à Mediolanensi, ut volunt, synodo fuerant in integrum restituti, si cum Ecclesia Catholica redierant in gratiam, quid est quod biennio post Concilium illud narrat Hilarius, Ursacium & Valentem Romanæ plebis Episcopum ad se, *recipi se in Ecclesiam deprecantes, & in communionem admitti rogantes? quid quod recitatis illorum litteris subjungit, veniam indulgetur orantibus, rediens ad Catholicam fidem cum communionem donatur? An ignorare potuit Hilarius veniam illos à Concilio impetrasse si revera impetrarant? & qui recipi se in Ecclesiam rogabant, nondum receptos se non satis ostendebant? Quid ergo est quod contra horum confessionem, & contra Hilarii dilectum relationem argutari nunc libet, illos in Concilio Mediolanensi cum Ecclesia Catholica in gratiam rediisse, postea cum Athanasio, & quod ad id debuit, cum Julio Papa reconciliatos? Sed Julii nomen pudore suppressum est, ne in Ecclesiam eos receptos dicere videretur, quibus cum Ecclesiæ capite communicatio nondam esset. Et tamen hoc intelligi necesse est, si vera sunt quæ dicit. Ceterum de Valente & Ursacio, quo tempore, quove impulsi ad poenitentiam adducti sint, nemo certius noverat, nemo libentius audiendus est quam Athanasius. qui nec priorem hæc Romana respicientiam istorum ullam agnoscit, & hujus ineunda occasione non ex facta synodo Sirmiensi, quæ etiam fuisse, ad causam nihil attineret, sed ex frequenti Episcoporum passim, tum maxime Syrorum ac Palæstinorum, ad Athanasium communionem gregatim redeuntium concursu natam refert, cum de rebus suis jam desperarent, & simulis acti conscientie remedia conquirerent. Quare satis opinor hoc etiam ex capite Mediolanensis hujus Concilii, tertiaque in eo Photini damnationis vanitas patefacta est.*

Quartò præterea damnatum facit in synodo Sirmiensi, si, non illa celebri & nota sub Constantio, sed altera quam Constantius superflite à Catholicis Occidentalibus habitam fabulatur. Consequens erat nimirum, ut qui futile Mediolani synodum procciderat, frivolum quoque nobis daret Sirmitanam. Quid ita verò? Quia Hilarius in Fragmentis scribit biennio post damnatum in Mediolanensi synodo Photinum Episcopos ad eum tollendum ex Episcopatu Sirmium convocatos. Porro Sirmii anno cccxlx. convenisse ob adnexam ab Hilario Valentis & Ursacii reconciliationem non dubitat. Idem Mediolanensem synodum Hilarii suam illam esse putat quam biennio ante collocavit. Nos simpliciores Mediolanensem accipiebamus quam Mediolanensem omnes vocant, & anno cccv. celebratam loquentur historiæ. Itaque de hoc nunc capite inter nos est controversia.

Quo autem argumento eamquam synodum Hilarius intelligat certius cognoscemus, quam ex Photini damnatione, quam in synodo factam docet? At nunquam ostendit adversarius de Photino in ea quam fingit synodo ullam fuisse mentionem, quia de synodo illa præter ipsum nemini umquam suboluit. Nos in vera & omnibus nota Mediolanensi hæreticam damnatam fuisse Photinum, ex synodi ipsius actis ostendimus. Exstat enim & Ecclesiasticis Annalibus indita est Concilii hujus epistola ad Eusebium Vercellensem his verbis.

CONCILIUM MEDIOLANENSE EUSEBIO FRATRI IN DOMINO SALUTEM.

Non ignorat carissima nobis dilectio tua, quam sit pretiosum vinculum caritatis & pacis. Et post alia, de legatis ad eum missis. Itaque sincerissima prudentia tua quod specialiter & sancter admonemus audiat supradictos, & communicato pariter cum his consilio, definat quod de nomine hæreticorum Marcelli & Photini, necnon & Athanasii

Ann. 355.

Lib. 1. Hist.

nasii sacrilegi totus prope desinit orbis. ne non tam veritati, quam intentioni parere videaris, &c. Post tam expressis testimoniis auctoritatem dubitationi locus esse quis potest? Ac mirum profectò viri docti oculos fugere hanc epistolam potuisse: aut si viderit, qua de synodo Hilarius ageret, & quæve post biennium Sirmii coactam diceret non percepisse. ne in Ursacii & Valentis poenitentia illud sibi ab Hilarii fragmentis, quæ alieno hanc loco recitant pateretur, & in eruenda e parietinis, ut ait, ruderibusque nova Sirmii synodo frustra laboraret.

Quàm multa sunt enim, & quàm aperta, quæ commentum hujus inanitate refellunt? Nam ut omittam synodo istam, si Athanasio Alexandriam reverso, & Ursacio ac Valente in gratiam receptis habita est, ut fingitur, punctum temporis in quo habita sit, ante Constantis obitum, qui sub ipsum Athanasii reditum incidit, assignari nullum posse: fallitur haud dubie, cum id quod ab Hilario dictum est, Athanasii de abstinere Marcello iudicium damnationi Photini auctoritatem præbuisse, de hac Synodo sua dictum interpretatur. Quasi herere in hac synodo poterit Episcopi Occidentales, aut aliorum exemplum ad damnandum Photinum desiderare, quem ipsi jam Mediolani, si verum est, ante biennium condemnarunt. Verum hoc tamen amici causa diffimulamus. Quæro igitur ecquando ab Athanasio factum censet hoc iudicium. Num ante reditum Athanasii? at ridiculum est Athanasium à communionem sua quemquam, priusquam sedem suam reciperet exclusisse. An verò post reditum? Et quantulum ante Constantis obitum tempus fuit, si tamen fuit, ut de Marcello iudicare Athanasio liceret? Posterius ergo, interjectio, ut Severus ait, tempore judicavit, sed prius tamen quam Photinus argueretur, auctoritatem quoque testatur Hilarius præbit non subditiis auctoris nostri synodis, sed veris certisque Conciliis, Mediolanensi atque Sirmiensi, quorum in utroque damnatum re ipsa Photinum fuisse compertum est.

Fallitur rursus vehementerque hallucinatur, ubi maxime sibi placere, ac synodum suam egregie stabilire visus est, cum decretum Occidentalium de Photino, cujus meminit Hilarius, ad suam istam synodum & annum Christi ccclix. transferri posse arbitratum. quo certe absurdus alienusque fingi nihil potuit. Quid enim? an non testis est Hilarius Orientalis hoc accepto decreto occasionem revolvendi de Athanasio quasisset iudicii, & referentes de Photino, Marcelli mentionem, ut insinuat talem magistris addidisse, ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore quaestionem, & veritatis iudicio consulatam, in publicam recordationem causa novitas excitarer? Quis hæc autem anno cccxlx. convenire non posse, si verum amat, non fateatur? ut quo tempore Athanasii suam in sedem redeuntis leta & tranquilla erant omnia, ejusque communionem certatim universi, & integræ synodi, atque ipsi etiam Ariarorum principes expetebant, eo ipso agitate in Athanasium confilia, & odia exercuisse credantur. Et quo sensu mortua ipso jam tempore quaestio dici potuit, si non interquerat, si nullo tempore cessaret?

Alia igitur ad tempora spectent Hilarii verba necesse est, ad illa, inquam, tempora Constantii, quibus post eadem Magnentii, pacatis bellis civilibus, Ariarorum in Athanasium furor renovatus est. Tunc enim revera negatæ Marcello communionis, damnatique Photini occasionem naçi, aluto ut scribit Severus consilio, innoxium criminosis miscentes, damnationemque Photini & Marcelli & Athanasii eadem sententia comprehendentes, eamdem ad Athanasii condemnationem Catholicos Episcopos primum in Arelateni Concilio anno ccccii. tum biennio post in Mediolanensi, & deinceps, quamdiu Constantius vixit, adigere conati sunt, & vi ac minis plurimos impulerunt. De Mediolanensi perspicua res est, tres una ibi damnatos Concilii ad Eusebium epistola nos docuit. ad Arelatensem referenda est, qua id ipsum confirmat, Paulini Episcopi responsio, de qua Severus Episcopos laudans, qui Ariarum non cesserunt. Inter quos, inquit, Paulinus Episcopus Trevirorum oblata sibi epistola ita subscripsisse traditur, se in Photini atque Marcelli damnationem præbere consensus, de Athanasio non probare. Cetera prætermitto. Poterat hæc sola sollerti viro, si animum adiecisset, sufficere; tum ut de Hilarii verbis quod spectarent non ambigeret, tum ut suam istam Sirmiensem, in qua iungen-

da & ornanda tantum opera posuit, in suis mallet parietinis & ruderibus relinquere. Nunc quoniam explosæ sunt quatuor quas iactabat Photini hæretici damnationes, restat ut de Sirmiensi vera synodo, in qua damnatum fuisse Photinum inter nos convenit, quid adversus priorem Diatribam nostram in dissertatione sua proferat, expendamus.

CAPUT II.

Discussio eorum quæ ad priorem Diatribam responsa sunt de anno synodi Sirmiensis, fidelique formulæ in ea editis.

DUO inter nos de synodo Sirmiensi controversa esse dicebamus. unum de tempore, utrum anno ccccii. habita sit, ut cum Socrate sentit auctor animadversio: an cccvii. ut Baronius, alterum de Hofianæ perfidie formula, eadem in synodo edita fuerit, ut cum Socrate censuit Baronius, an Sirmii quidem, sed alio tempore extra synodum, ut contra Socratem & Baronium auctor idem contendebat. Nos annum ccccii. synodo non convenire adversus Socratem ex Socrate ipso arguebamus: quia synodo interfuisse Hosium, in eaque blasphemiam suam condidisse Socrates affirmat. Hosium autem non ante annum ccccii. lapsum esse, ac proinde synodum, si in ea lapsus est, ante hunc annum cogi non potuisse adstruebamus.

Quid ad hæc respondit nupera Dissertatio? Socrati de anno Concilii habendam fidem esse, de Hosio non p. 550. habendam, quia fallitur. Cur enim verò? Undenam hoc discrimen? Quia synodi annum, inquit, ex actis publicis haud dubie deprompsit. Quid si Hosii quoque nomen ex iisdem actis didicit? Nam mirum sit profectò in actis illum synodi quo anno celebrata sit observasse, & in actis acta ipsa, hoc est quid & per quos unumquodque gestum sit neglexisse. Socratem falli nunquam & errare non inficior: sed cur de anno hic potius audiendus sit, quam de Hosio, nondum video. An quia Consulibus adscriptis, & unquam, si amico credimus, tæmè aut falso notas Consularum adhibere? Quasi verò non hoc ipso in loco, ne longius exempla repetam, in comparandis Consulibus pueriliter lapsus sit Socrates, cum fidei formulam, quæ Eusebii & Hippolyti Consulum nomina, hoc est anni ccccix. notam gerebat, synodo Sirmiensi, quam post Consulatum Sergii & Nigriniani non ante anno habitam tradit, adscribere non dubitavit.

Definat ergo vir doctus auctoritatem Socrati pro arbitrio suo nunc dare, nunc negare. quia si discrimen statuendum hic erat, de Hosio potius vera dixisse credendus est, in quo adscriptores ex antiquis habet plurimos, ut ostendam: quæ de anno synodi, de quo, Sozomenum si excipias, Veterum nullus est qui idem sentiat. Dissidet autem & reclamant in primis Hilarius, à quo disertè proditum est Synodum Sirmiensem, biennio post Mediolanensem, quæ Photinum damnatam, consecratam. Unde quia Mediolanensem anno cccv. celebratam fuisse non ambebatur, consequens erat, ut vinceret Baronius, restituitque Sirmiensem anno cccvii. collocasse censetur. Quo nos Hilarii testimonio usi cum essemus in Diatriba, non defuit acuto viro ingenium nec industria, qua idem eluderet. Aliam namque ab Hilario Mediolanensem synodum, aliamque Sirmiensem, non istas quas putamus intelligi causatus est. Sed nos commentitias ejus synodos anteriori capite sic retudimus, ut fucum deinceps, ut spero, facere non possint.

Non minore, sed nihilo felicior arguitur expedire se altera objectione nostra conatus est, qua docebamus antio ccccii. in quem synodum Sirmiensem conjiciebat, cum Occidentis provincias obtineret Magnentius, & bellicis motibus arderet Pannonia, vix ac ne vix quidem synodum in ea convocare Constantio licuisse. Et verò arduum atque incredibile videbatur, cum à bello bellicique apparatu vacua ejus anni nulla pars foret, inter armorum strepitum opportunum ac liberum cogendo habendæque Concilio reperiri tempus potuisse. At reperit tamen. Sic enim calcos subducit. *Videtur est, inquit, Magnentius à Constantio iv. Kalendas Octobres, pag. 556. quæ circa anni majori parte, hoc est prioribus mensibus, &c.*

ab Octobri deinceps potuit Constantius Sirmii Episcoporum habere conventum. Quasi temporis momento bellum id comparatum, gestum, consecutumque sit. nullam ut anni partem, nullam diem prater iv. Kalend. Octobres occuparent hostiles illi tot locis impetus & impressio- nes, pontes fluminibus impositi, castra oppidis admo- ta, & quacunque ad Sisicam, Sirmiunq; ipsum, ad Cibalin & Mursam gesta Zosimus refert. Sentio ta- men quid dicitur sit. æstivos bellóque aptos menses oc- cupasse, reliquos synodo concessisse. Quosnam verò? hibernos videlicet. Nempe ut ad ceteras difficultates hæc etiam accederet, ut cum plurimè ex provinciis con- gregatos ad synodum Sirmiensem Episcopos tetletur Hi- larius, ex Oriente & Occidente Socrates & Sozome- nus, his ut adesse necesse fuerit aut ninguidos montes saltusque aliena tempestate transgredi, aut nondum ap- erto mari, si navigandum erat, vel jam clauso, cum pro- cellis & fluctibus luctari. Tantis cum incommodis, tan- ta coolinelementia, imperari vel cogi anno cccxi. Syn- odum potuisse supra fidem ducebamus, amico nostro novarum synodorum artifici credere libuit, tamen si af- sine, aut simile synodi exemplum, nullum, nisi fallor, proferri possit.

Lib. 2. Hist.

Lib. 1. 23. Lib. 2. 24. Lib. 4. 5.

De hoc igitur capite dictum satis. Superest ut de al- tero disseramus. hoc est de perfidia Hosiana, quam cum in synodo ulla editam in Epiphianianis Animadversioni- bus negaret, nunc Diatribæ nostræ admonitu, Phœba- dium Aginensem Episcopum suggerentis, qui in Syn- odo, & Vigilium Africanum, qui in synodo Sirmiensi conscriptam disertis verbis pronunciarunt, sententiam mutavit. In Concilio enim Sirmiensi, quod negare am- pliùs non poterat, conditam fateretur: sed Concilium hoc diversum ab eo vult fuisse, in quo Photinus con- demnatus est. Itaque si illum nunc audimus, triplex jam apud Sirmium numeranda est synodus. Prima Oc- cidentalium sub Constante, altera Orientalium sub Constantio, tertia ista in qua lapsus vult Hosium. Et ubi est quod in Animadversionibus tam asseveranter prædicabat, ex antiquis patribus odoratum se esse, tres omnino conventus Episcoporum eodem in Sirmiensi oppido non isdem temporibus celebratos fuisse: quorum primus dumtaxat Synodus & iudicatus fuerit, reliqui duo fortuiti, minimè- que Conciliorum loco & nomine consensu? Unicam syno- dum Sirmiensem tunc noverat, nunc tres affirmat. Er- rasse illum tunc temporis dicemus, an modò?

Pag. 311.

Sed verius certiusque, quod antea fenserat, synodum Sirmiensem unicam fuisse, in qua & damnatus sit Pho- tinus, & Hosiana blasphemiam perscripta. Quis enim veterum Scriptorum synodos Sirmienfes plures una numeravit? quis Hosianam à Photiniana distinxit, aut quis cum apud Hilarium, Athanasium, Phœbadium, & alios, atque in synodo Ancyrana synodi Sirmiensis & synodi Sardicenses conjuncta nomina legit, non sicut unicam Sardicæ synodum cogitat, sic unicam Sirmii? & cum in synodo Sirmiensi lapsus esse Hosium Vigilii testatur, aliud quàm in hac unica lapsus suspicari possit? Sed repugnat acerrimè, & argumenta ingerit, ex quibus confici putat Hosii lapsus synodo in qua dam- natus est Photinus tribui non posse, auctores etiam sibi esse ait, qui synodum utramque distinguant. Argumen- tis olim quatuor in Animadversionibus suis usum memi- ni, singulisque à me in Diatriba responsus. Nunc duo- bus contentus reliquis abstinet, quia in his deceptum se, ut reor ex refutatione nostra deprehendit. Poterat, nisi causæ serviret, istorum etiam repetitione superfedere, quorum vim omnem Diatriba jam eliserat.

Differt. P. 192.

Differt. P. 191. 192.

Quid enim est quod priore loco tam enixè & tam multis verbis edisserit, ut probet formulam Hosianam in Sirmiensi contra Photinum synodo conditam non fuisse? Quia cum ista, inquit, formula publicata esset, atque in Orientem perlata, vehementer exarsit Basilius Ancyranus, & alii cum illo Episcopi Semiariani, eam- que mox in synodo Ancyrana decretis suis confode- runt. At synodo Sirmiensi Basilius idem non solum in- terfuit, sed penè etiam præfuit. Quid igitur fingi ab- surdus potest, quàm in illa synodo præfente Basilio eam fidei conceptam esse formulam, quàm is paucis post mensibus detestatus est? Hac summa ratiocinationis ejus, quàm in Diatriba jam ditumimus. Ostendimus enim Episcopos, qui Sirmium ad synodum convenerant, post damnatum communibus suffragiis Photinum bifa- riam divisos, diversas exinde, ut diversarum senten-

ciarum erant, placitis suis congruentes fidei formulas edidisse; Orientales Græcam, quæ similem substantia patri filium statuebat; Occidentales Latinam, quæ dis- similem profitebatur; & Hosii blasphemiam nuncupata est. Quis porro Sirmii factum miretur, quod & antea Sardicæ & Arimini postea factum non ignoret? Nam & in synodo Sardicensi, ut observabamus, divisus inter se Occidentalibus & Orientalibus Episcopis, suas utri- que prorsus discrepantes Synodicas conscripserit, quas in Fragmentis Hilarii videre est: & in Ariminiensi aliam Lib. 1. 7. Lib. 2. 6. Lib. 4. 4. gmentis legitur, aliam Arianos suggestisse omnibus no- tum est. Denique in Concilio ubi diversarum partium erant Episcopi, ustatiis nihil fuit, quàm ut diversa titidem partium studia, diversi congressus, & diversæ verbis scripsitque definitiones cerneretur. Quæ singu- la seorsum ita fiebant à singulis, ut talia geri & scribi ab aliis pars adverba non neciret, gerendis tamen scri- bendisque non adesset. Quare in Sirmiensi Concilio, cujus pars una Semiariorum fuit, quorum princeps Basilius Ancyranus, pars Arianorum, in quibus Valens, Ursacius, & ceteri similis pravitate, absurdum sit, non duas existisse formulas, quod in multis sæpè Concilii factum est; sed de Basilio seiscitari, an Hosiana eo conficio vel presente scripta sit, quasi hoc necesse fuerit: utròne an invitus illi subscripsit, quasi ab eo quicquam ut subscriberet flagitarit: cur denique illum dictari passus sit, quasi vetare aut inhibere potue- rit. Post damnationem namque Photini, quem pars utra- que ut diversa sententem communi calculo damnarat, in suas deinceps privatim definitiones incubuere, quod pars una faceret hoc alteram facere non nescii, sed quominus liberè sua tractarent, minimè solliciti. Quid ergo est quòd formula istius causâ exarsisse fertur cum Semiariani suis Basilio? Male hos habebat urebatque, non talia scribi ab Arianis, quorum ipsi cuiusmodi pla- cita essent non ignorabant: sed quòd perlata in Orientem Hosii formula spiritus inflatos audirent Eudoxii Antiocheni, ceterorumque quibus illa ferebat Anomæonorum, atque hoc jam licentibus hæresim suam ven- ditarent, quòd hanc Occidentales Valentis & Ursacii opera suscepisse jactarentur. Qua re percussu incensæ non antè conquieverunt, quàm & in synodo Ancyrana suis illam decretis averterent, & à Constantio per le- gatos, ut eamdem edictò suo tollerent impetrarent.

Nec verò propterea quòd formulam istam oppugnan- tes petierunt à principe Legati, ut rata essent quæ apud Sardicam & Sirmium in synodis decreta fuerant, idcirco conscriptam in Sirmiensi non fuisse argumentari liceat. Neque enim omnia que apud Sardicam & Sirmium de- creta fuerant confirmari petebant, sed ea dumtaxat, quæ Orientales decreverant, ea nimirum, in quibus de- finitum erat similem esse secundam substantiam patri filium. quod utroque in Concilio decretis suis sanxerant Ori- entales, cum Occidentales contrà in Sardicensi consub- stantialem, in Sirmiensi dissimilem substantia professi sint. Ceterùm ut ridiculus fuerit, qui ea que Occiden- tales apud Sardicam professi sunt idcirco ad synodum illum pertinere negaret, quia Orientales in eadem syno- do aliter sentiebant: sic Hosii formulam ad synodum pertinere, atque in ea conceptam & conscriptam fuisse nihil vetat, quamvis hanc Orientales non proba- rint.

Nec virum plus habent ea quæ secundo loco de for- mularum titulis & inscriptionibus ex Hilario depre- muntur. Hilarius in libro de Synodis: aliter, inquit, Hosianam formulam inscribit, aliter Photinianam. Hosiana siquidem hoc lemma præscribit, Exemplum blas- phemia apud Sirmium per Osum & Potamium conscripta: alteri verò, Exemplum fidei Sirmio ab Orientalibus contra Photinum conscripta. Quid ex Inscriptionibus istis arguit vir doctus? Ab Orientalibus plena in synodo scriptam fuisse formulam posteriorem, alteram non nisi ab uno alterove. Atqui hoc inter nos, opinor, non queritur, paucioresne numero fuerint qui Hosianam consularunt, quàm qui alteram. Vigilius quidem, cum per Hosium, Valentem, Ursacium, Germinium, ceterosque similis pravitate conscriptam refert, non exiguo numero fuisse indicat. Sed fuerint sanè pauciores, an ideo sequitur, in eadem synodo conditam non fuisse? immò verò, si Hilarii mentem & verba introspicimus, in eadem utramque conditam ostendunt. Quid enim opus erat,

Differt. P. 191.

Differt. P. 191.

Differt. P. 192.

Differt. P. 192.

etiam solas Orientalium fides proferrer, de hac specia- tim monere ab Orientalibus fuisse conscriptam, nisi ut alteram, id est Hosianam fecerneret, quam in eadem synodo conditam meminere, sed ad Orientales mini- mè pertinere?

Contra nos igitur nihil facit hic locus Hilarii. Ne alter quidem in quo Episcoporum Orientalium diversis & locis & temporibus conscriptas fides se commemora- turum significat. Unde colligi voluit Sirmiensem for- mulam contra Photinum diverso vel loco vel tempore ab ea conscriptam esse quam dicimus Hosianam. At lo- cus, inquit, diversa non est. tempore igitur diversa sit oportet. Videlicet Hilarius diversis & locis & temporibus conscriptas dixerat. timuit vir doctus ne Hilarii dictò veritas non constaret. itaque diversis vel loco vel tempore interpretatus est, nempe ut Hosianam includeret, quam loco diversam à Photiniana dici non posse sentie- bat, tempore ab Hilario distinctam persuadere voluit, sed in casum. Equas enim fidei formulas describit Hi- larius? quas à Gallis expectari noverat, Orientalium sci- licet Episcoporum. Quis ergo hic locus Hosianæ, quæ Orientalium non erat, nec Gallis ignota, qui hanc nuper ad se missam repudiaret, quàmque Hilarius ipse invitum se operi suo inseruisse testatur, tantum ut Ori- entalem è diverso responsum noferent? Orientales namque solas conscripsi animus erat, Antiochenam, Sardicensem, Sirmiensem & Ancyranam, quas omnes verissimum est diversis, quod perhibet, & locis & tem- poribus scriptas fuisse. Itaque nihil hic opus fuit illius glossæmate.

Post Hilarium iterum obijcit Vigilium, non sanctus ille martyr Tridentinus, ut multis persuasum videtur, sed alter annis centum & quinquaginta posterior, Epi- scopus Africanus, qui Justiniano imperante, adversus Nestorium & Eutychem Constantinopoli scripsit. Huius ergo verbis egregiè id quod volebat affirmari, Hosia- namque professionem in diversa synodo ab ea que Pho- tinus deiecit, editam probari ait, dum synodum Ori- entalium contra Photinum Catholicum Concilium appellat, ejusque sanctiones collaudat; illum verò cœtum Episco- porum qui Hosianam condidit, hæresis & impietatis arguit. Veri speciem aliquam habent ista, nec inficior, sed speciem dumtaxat: re autem vera non duas diversas synodos Sirmienfes denotant, sed synodi ejusdem duas, ut antè dixi, partes diversas, placitis inter se doctrinæ discrepantes. quarum altera Hosianæ perfidia auctor fuit, altera formulæ illius que contra Photinum Græcè conscripta est. Harum partium alteram, quæ Orienta- lium Episcoporum fuit, à quibus posterior formula ma- narat, Concilium Sirmiense Vigilii appellat, & quidem Catholicum. At Sirmiense Concilium partem quo- que alteram, in qua lapsus est Hosius, idem Vigilius nominat in libro de unitate Dei, cujus verba in priore Diatriba descripsimus. Porro quemadmodum in Fra- gmentis Hilarii, cum diversas Orientalium & Occiden- talium, qui apud Sardicam convenerant, epistolas le- gimus, & utrisque synodi Sardicenses præscriptum no- men cernimus, haud quaquam diversas synodos Sardi- censès auguramur, sed synodi ejusdem diversas partes: ita prorsus de Sirmiensi statuendum est, operamque eos ludere qui contrà nitantur.

co non suo commemorari. Et verò cum propositum sit Hilario, ut ipsa operis præfatio declarat, res sub Con- stantio gesta complecti, & initium ducere à synodo Arelatenfi, quid ab ejus mente fingi possit disjunctis, quàm ut locum hic habeant synodi quæ sub Constante habitæ dicantur, & Arelatenfi fuerint antiquiores? Deinde si Athanasii de Marcello judicium Constantius obitum præcedere non potuit, ut superius ostensum est, Marcellum autem priusquam Photinus argeretur, ab Athanasii communionem summotum auctor est Hilarius, qui convenit, ut Hilario notas fuisse credamus has sy- nodos, quæ si veræ sint, Hilario manifestissimè repu- gnent?

Placuit tamen hic error auctori, & ita placuit, ut ejus firmandi studio verba Hilarii, in quibus conjec- turas suas commodè sibi representare visus est, longius describenda, scholiisque suis illustranda judicaret. Qua- si verò, nec enim dispar est ratio, duas nos apud Sar- dicam synodos propterea fingere sit opus, quia syno- dum Sardicensem, quam à Constantini filiis congrega- tam omnes norunt, à Constantino patre convocatam Sulpitius Severus falsò tradit: aut quia Valentem & Ursacium, ne à re nostra egrediamur, in Concilio Me- diolanensi veniam adeptos dicere videtur epistola syno- di Ariminensis, eo effici queat reconciliationem isto- rum, quam unicam fuisse, Romæque à Julio Papa fa- ctam omnibus est in confesso, non unam revera fed geminam existisse. Quòd si nec duas Sardicæ synodos, nec duplicem Ursacii & Valentis reconciliationem dici patitur, satisque intelligit errorem in Historia Severi, & in Ariminensi epistola consiteri, quàm ex falsis falsa concludere, & omnibus adversari: cur idem iudicium in Fragmentis Hilarii nos sequi non finit, aut secutus ipse non est? præsertim cum seclusa & rejecta Ursacii & Valentis mentione, quam adscriptam hoc loco & alienam diximus, præclarè cetera consentiant, tota- que ista novarum synodorum suspicio & color evanescat? Quæ cum ita sint, scholia ista, quæ in his confingendis tota sunt, & sua sponte jam corrunt, supervacaneum sit consutare. quamquam illa, cum eadem inculeant, novique nihil adferant, antea hæc supèrè à nobis re- futata & labefactata sunt.

Finem tamen antè non faciam, quàm id patefaciam, in quo maximè summa consistit, & quod à nobis jam pridem, nisi studio dilatum esset, minimè dissimulari oportebat, Decretum illud Occidentalium de Photino ad Orientales missum, quod à sua Sirmiensi profectum auctor volebat, & quo accepto revolvens in Athana- sium iudicii occasionem quaerivisse dicuntur Orientales, non falsè istius synodi, quæ nulla fuit, decretum fuisse, sed Romanæ: quàm à Julio Papa ante mortem anno cccxi. habitam iudicio est Liberii ad eosdem Ori- entales epistola, quæ in Hilarii fragmentis habetur: quàm- que ab Hilario ipso designari, cum hæresim Photini à Romanis damnatam scribit, non dubitem affirmare. Sic autem se habet.

Dilectissimi fratris & Coepiscopis nostris universis per Orientem constituis Liberii urbis Romæ Episco- pus salutem.

Studeas paci & concordie Ecclesiarum posteaquam lita- ras caritatis vestre de nomine Athanasii & ceterorum fa- ctas ad nomen Julii bonæ memoriæ Episcopi accepi, secutus traditionem majorum, Presbyteros urbis Romæ Lucium, Paulum, & Helianum à Latere meo ad Alexandriam ad Athanasium direxi, ut ad urbem Romam veniret, &c. Ex his verbis apparet quod dixi, Julium sub vite finem ad Orientales de Photino litteras dedisse: Orientalium verò epistolam, qua Julio respondebant, eo mortuo, successori ejus Liberio redditam fuisse. In hac illos Athanasium ceteris, id est Marcello & Photino ita misisse, ut obscurum non esset machinas istorum in Athanasium præcipuè dirigi, eamque ob rem de illo uno rescribere Liberium. Sed & Hilarius ipse in prima operis parte argumentum idem tractans adversus Ori- entales, ab Athanasii defensione orditur, in eaque co- piofius versatur: tamen hodie mutila est, & principio caret, quod Sardicensis Concilii epistolas, quarum testi- monio utebatur, & quæ primum locum nunc obti- nent, præcedebat. De Photino autem duas tantum quæ de illo judicant synodos memorat, Mediolanen- sem

Pag. 6.

Differt. pag. 193. 194. &c.

Lib. 1. 36. Lib. 1. 25.

CAPUT III.

De loco Fragmentorum Hilarii scholiisque ad eum illustran- dum à viro docto editis.

ERRORES auctori nostro ad novas synodos excogi- tandas occasio nata est ex Fragmentis Hilarii. In quibus cum Valentis & Ursacii penitentiam biennio post synodum Mediolanensem sub synodi Sirmiensis exordia positam videret, penitentiamque istam redeunte Alexandriam Athanasio anno cccxlii. contigisse non ignoraret, in hanc se fraudem impelli passus est, ut quoniam Hilarii verba quemadmodum de Mediolanensi & Sirmiensi, quæ sub Constantio celebratæ sunt, intelligi possent non coniebat, alias nobis sub Constante nomi- nis ejusdem synodos fingeret de quibus Hilarium accipi- juberet. Ut scopulum hunc vitaret, nec in sententiam ab Hilario alienam incurreret, animadvertere potuit Valentis & Ursacii respicientiam in Fragmentis illis lo-

fem & Sirmienfem. De Marcello id unum maximè, neque tunc cum de Photino, sic enim legendum, decretum ab Occidentalibus est, aliquid in eum expreffum fuiffe judicium. de Photino tantum epiftolas effe factas. Sed Orientales referentes de Photino Marcelli mentionem addidiffe. Decretum hoc fynodi Sirmienfis, quæ sub Conftante

Marcellinum. Et nos fi negemus eundem effe Thalaffium, qua ratione convincent? Ex Ammiani Marcellini verbis Thalaffium contendunt ad annum cccvii. non perveniffe. Nos contra illo ipfo anno Thalaffium Præfectum pratorio fuiffe docemus ex Lege vi. cod. Theod. De Judæis &c. cujus infcriptio est Imp. Conftantius & Julianus Cæfar ad Thalaffium P. F. P. fubfcriptio autem hujusmodi: Dat. v. Nonas Julias Mediolani Conftantio Aug. ix. & Juliano Cæfare Cof. Non latet nos mendam fubfcriptioni fubeffe, quatenus data lex dicitur Mediolani, cum illo anno nec Conftantius Mediolani fuerit, nec Julianus, fed ille Sirmii, hic verò in Gallis. Sed quoquomodo emendari placeat, Baronio profus lex favet, fi falva est nota Confulatus; adverfarios refellit, fi vera est infcriptio. Nam cum Thalaffii mortem Gallo adhuc fupervivente compertam fcribat Marcellinus, Juliano qui Gallo fuffecit, non potuit ad Thalaffium lex dari, fi Thalaffius jam obierat. Quare aut falva est Marcellini de morte Thalaffii afser-tio, fi unus idemque effe Thalaffius: aut calfa, fi duo fuerunt, quæ contra Baronium ex Thalaffii judicio ducebatur argumentatio.

A P P E N D I X.

SUNT qui adverfus Baronii fententiam de fynodo Sirmienfi novam machinam inffruui poffe putent ex nomine Thalaffii, quem Ammiani Marcellinus obiiffe tradit Conftantio vii. Confule, id effe anno Chrifti ccciv. Sic enim ratiocinantur. Judices Photino poff fynodum ex aula dati, Epiphano teffe, hi fuerunt: Thalaffius, Dacianus, Cerealis, Taurus, Marcellinus, Evanthius, Olympius & Leontius. Si poff fynodum, inquit, ut cum Epiphano innuere videntur Socrates & Sozomenus, factum effe hoc judicium, atque in hoc judicio fedit Thalaffius, non poffet fynodus coacta dici anno cccvii. ante quem Thalaffius vivere defuit, falliturque Baronius qui ad hunc annum refert. Res perfpicua, ut apparet, ac minimè dubia. Attamen fi retorquere libeat, & ex nomine Marcellini, qui in eodem effe numero judicum, fimiliter argumentari, ut doceamus anno cccvi. fynodum adfcribi non poffe, quod abfurdiffimum fit Marcellinum Magiftrum officiorum, qui Magnentianorum partium Princeps fuit, & eodem illo anno in caffris Magnentii pugnabat adverfus Conftantium, delectum à Conftantio judicem exiftimari: hoc, inquam, argumenti genere fi utamur, quid refpondebant? Negabant, opinor, eundem effe

Marcellinum. Et nos fi negemus eundem effe Thalaffium, qua ratione convincent? Ex Ammiani Marcellini verbis Thalaffium contendunt ad annum cccvii. non perveniffe. Nos contra illo ipfo anno Thalaffium Præfectum pratorio fuiffe docemus ex Lege vi. cod. Theod. De Judæis &c. cujus infcriptio est Imp. Conftantius & Julianus Cæfar ad Thalaffium P. F. P. fubfcriptio autem hujusmodi: Dat. v. Nonas Julias Mediolani Conftantio Aug. ix. & Juliano Cæfare Cof. Non latet nos mendam fubfcriptioni fubeffe, quatenus data lex dicitur Mediolani, cum illo anno nec Conftantius Mediolani fuerit, nec Julianus, fed ille Sirmii, hic verò in Gallis. Sed quoquomodo emendari placeat, Baronio profus lex favet, fi falva est nota Confulatus; adverfarios refellit, fi vera est infcriptio. Nam cum Thalaffii mortem Gallo adhuc fupervivente compertam fcribat Marcellinus, Juliano qui Gallo fuffecit, non potuit ad Thalaffium lex dari, fi Thalaffius jam obierat. Quare aut falva est Marcellini de morte Thalaffii afser-tio, fi unus idemque effe Thalaffius: aut calfa, fi duo fuerunt, quæ contra Baronium ex Thalaffii judicio ducebatur argumentatio.



DIONYSII PETAVII
E L E N C H U S
DIATRIBÆ UTRIUSQUE
DE
P H O T I N O,
ET
SIRMIENSI SYNODO.

C A P U T I.

Quibus argumentis Mediolanenſis nova Synodus aſtruitur, necnon Sirmienſis; illa anno Chriſti 347. hæc anno 349. Refelluntur quæ in Diatribæ ſecunda capite primo contra ambas expoſita ſunt.

D ISSERTATIONIS noſtræ de Photino hæretico nuper editæ duplex inſtitutum fuit: alterum, ſynodos duas aſſerere, atque è tenebris vindicare in lucem, Mediolanenſem, & Sirmienſem priorem; in quibus ab Catholicis damnatus eſt Photinus: alterum, poſterioris ſynodi Sirmienſis, quam hæretici celebraverunt, annum ex Socratis auctoritate conſtituere, Chriſti 351. non, ut recens opinio fert, 357. Utrumque Diatribæ auctor impugnat. cui nos hoc ordine reſpondebimus, ut de primario controverſiæ capite primum agamus: tum de cæteris, quæ velut incidentia ſunt, neque ad præcipuam quaſtionem pertinent.

Imprimis ergo Mediolanenſem quamdam ſynodum ab Catholicis habitam eſſe defendimus, in qua Photini damnata eſt hæreſis: & Urfacius, ac Valens, rogata venia, recepti ſunt. quod anno 347. paullo poſt Sardenſem ſynodum accidiſſe videtur. Hanc biennio poſtea excepiſſe Sirmienſem alteram dicimus, in qua Photinus Catholicorum ſententia depoſitus, propter populi factionem amoveri nondum potuit. Quas quidem ambas ſynodos ignoratas hæcenus, ex Ariminenſi ſynodica, & Hilarii fragmentis hunc in modum adſtrui-mus.

In Concilii Ariminenſis epiftola, quam Catholici Epifcopi, nondum depravata hæreticorum verſutia ſynodo illa, ſcripferunt ad Conſtantium Imperatorem; vehemens habetur expoſtulatatio contra Urfacium, & Valentem ſigniferos Arianae perfidiæ: quorum levitas & inconſtantia notatur, quod cum in Mediolanenſi Concilio anteaſtorum criminum veniam libellis oblatiſ impetraſſent, ad eadem illa rediſſent poſtea. Οὐκ οὐρ-
...
Paris 111.

... καὶ ἐν ταύτῃ ἐπιγράφηται, ὅτι ἐν Μεδιολάνῳ τὸ σωτήριον
...
Lib. 5.
c. 21.
...
Pag. 139.
éditionis
Paris. an-
ni 1598.

Conferantur modò cum Ariminenſi illa ſynodica, quæ Hilarius in fragmentis de eadem, ut apparet, ſynodo ſcribit: Igitur ad tollendum, inquit, ex Epifcopatu
...
Pag. 131.
...
Pag. 131.
...
C c
diolanenſem,